

iudicent. discant non solum aquam. sed etiam flu-  
 men dictum sp̄m s̄m. secundum quod lectum est.  
 flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc  
 autem dicebat de sp̄u. quem incipiebant accipere  
 qui credituri erant in eum. Ergo flumen & sp̄s  
 s̄s. & flumen maximum. quod secundum hebreos  
 de ih̄u fluxit <sup>terris</sup> interius. ut ore esaię accipimus pro-  
 phetatum. Magnum hoc flumen. quod fluit sem-  
 per. & numquam deficit. Nec solum flumen. sed  
 etiam profusi impetūs. & magnitudinis redundan-  
 tis. Sicut etiam dauid dixit. Quia fluminis impe-  
 tus. laetificat ciuitatem d̄i. Neque enim ciuitas  
 d̄i illa hierusalem. metu alicuius fluminis terre-  
 stris abluitur. sed ille ex uitae fonte procedens  
 sp̄s s̄s. cuius nos breui satiamur haustu. In illis  
 celestibus thronis. dominationibus. & potestatib.  
 angelis. & archangelis. redundantius videtur ef-  
 fluere. pleno septem virtutum spiritalium fer-  
 uens meatu. Si enim fluminis riparum editis super-  
 fusus exundat. quanto magis sp̄s omnem super-  
 eminentem creaturam. cum reliqua tamquam infe-